

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput IV**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

teribus pedum erat, viginti quinque dentibus armata, qui totidem foraminibus, in superiore dentibus omnino carente, excavatis, recondi poterant. Tot dentium longissimus sex pollices non excedebat. Qui non ita à multis annis ad Schevelingam, pagum Haga Comitis adjacentem, captus erat, sexaginta pedum fuisse dicitur; Caput illius trium ferè cubitorum longitudine, ipsi ibidem vidimus. Ad Balænarum genus *Ambara* spectare videatur. Si enim longitudinem ipsius speces, viginti quinque æquat cubitos; si capitum duritiem, Saxum. *Leo African.* l. 9. descr. Afric. *Barbi* ova venenata esse Maji præsertim tempore *Platina* obseruavit. *Antonius Gaius* expertus est. Nam postquam duos duntaxas de illis bolos comedisset, cœnæ tempore talem ventris sensit inflationem, ut facies synopticæ similis appareret, inæqualis in unaquaque carnis parte sentiretur intemperies, cholerica tandem accideret passio. Nec citius evanuere symptomata, quam ova supra & infra purgarentur.

## C A P U T . IV.

### DE CYPRINO, CLUPÆA, CONGRO, & CHAOUIAROU.

**C**yprinos lapillum in capite juxta linguam habere candidum & durum, tradit *Gesnerus*, inque capitum medio substantiam cordis figura crassam, dum recens est flexilem postea duram, repositam gestare. Viginti libratum pondo invenitur interdum, ducentorum in Latio amne repertum, retulit *Iovius*. Cum fœmina gravidam se sentit, pariendi allatio tempore, motu oris masculum excitat, qui lac spargit, spatio parit ipsa. In Polonia Cyprini lati in piscinam repositi à quodam, glacie obductis aquis quamvis diligenter quæstuti, inveniri non potuerunt: vere apparet disolutis, apparuere omnes. *Gesnerus*. *Clupæa magnus* est pisces, in Atar Galliæ flumine. Crescente Luna albicit, decrescente nigescit: aucto vel minimum cor-

S 2 pore